

Christi carnifex.

Esaiae 66.a.1.

Artic.32.

Annotatio marginalis, Non in manu-
factis templis habitat Deus. Bibliis 1528.
1532.1534.1540.1546.

Censura, Quāuis hæc propositio vt est
in sacra Scriptura, sit indubitanter vera,
secundum sensum quem prætendit Spi-
ritus sanctus: nihilominus ex falso intel-
lectu Scripturarū sæpiissime citatur ab iis
qui conformiter ad Lutheranos conātur
destruere tépla materialia , vt multa alia
suspecta ponūtur in istis annotationibus.

Hoc verò est palam obstrepere Deo, vt liber
lob impios loquentes inducit, cap. 21 b. 14, Re-
cede à nobis, scientiam viarū tuarum nolumus.
Prophetæ verbis, Stephani expositionē, quæ in
Actis habetur, cap. 7. f. 48, ad marginem adscri-
bo. Vera est, inquit, propositio vt legitur in
Scriptura. Sed posita ad marginem paginæ, su-
specta esse incipit. Nempe eadē est quæ Iudæos
in rabiem accedit ut Stephanum lapidibus ob-
ruerent. Prophetæ mortuo, cuius recepta erat
authoritas, maledicere non audiebant: sed lāce-
f. iii.